

MELANCHTON Y CARRANZA**Préstamos y afinidades***(Final)***5. *Regnum Christi est spirituale.***

Llegamos a un nuevo apunte carranziano derivado de Melanchton. Bajo el epígrafe consignado arriba, Carranza funde dos apartados de los *Locí* de Melanchton de la recensión de 1535: el titulado «*Quod regnum Christi sit spirituale*» y el «*De afflictionibus seu de cruce toleranda*». El «*De resurrectione mortuorum*» que se encuentra entre estos dos es omitido por Carranza o su copista, aunque lo registra en tres líneas.

Desde el punto de vista estrictamente textual es oportuno tomar nota de algunos extremos. El primero de los capítulos perdura intacto en la nueva redacción de los *Locí* de 1543, mientras que el segundo sobre las aflicciones de la Iglesia sufre notables modificaciones en la edición de 1543 (CR 21, 934-55): su nueva titulación será «*De calamitatibus et de cruce et de veris consolationibus*». El texto es bastante más extenso, con una introducción nueva y hasta cierto acento diverso en la modulación de las ideas. Si la primera redacción acusa el impacto fresco del anabaptismo, acaso del trágico episodio del asedio de Münster, la segunda parece contemplar un panorama general igualmente sombrío en el que los problemas no provienen del exterior, sino que se han interiorizado gravemente en la misma Iglesia; por ello habla de las «*miserias*» de la Iglesia y menciona los «*spectacula tristia Ecclesiae*», con connotaciones inequívocas sobre el desconcierto reinante que arroja a muchos hacia el epicureísmo. Las ideas sobre la con-

sideración cristiana de los males dan lugar a la enumeración de diez causas de los mismos y a la exposición de cinco capítulos confortantes de consuelo. Con todo, la copia carranziana se ajusta a la redacción de 1535.

Si pasamos a considerar la contextura del texto carranziano, destacan dos aspectos: su mayor fidelidad literal y una menor manipulación del texto de Melancton. Es verdad que omite muchas líneas del mismo; pero la mayoría son de abundantes citas bíblicas y, cuando menos, tal operación no revela generalmente una intencionalidad teológica manifiesta como en los casos anteriormente estudiados. Por su parte incluye marginalmente una adición relativamente extensa al comienzo del texto y una serie de epígrafes indicativos marginales, uno y otro de escasa significación teológica contrastante. El cotejo de ambos textos a dos columnas ofrece el resultado siguiente:

MELNCHTON CR 519-36

De regno Christi

[1] Evangelium clare docet regnum Christi esse spirituale; hoc est, Christum sedere ad dexteram Patris, et interpellare pro nobis, et dare remissionem peccatorum et Spiritum sanctum Ecclesiae, hoc est, credentibus in ipsum et invocantibus eum, eosque sanctificare, ut resuscitet eos in novissimo die ad vitam et gloriam aeternam. Et un haec [beneficia] consequamur, ordinatum est ministerium Evangelii, per quod vocantur homines ad agnitionem Christi; [et Spiritus sanctus per Evangelium est efficax, etc.] Interim vero ante novissimum diem Ecclesia in mundo patietur persecutionem, et erunt mali bonis admixti in Ecclesia. Haec est vera et germana sententia Evangelii de regno Christi et Ecclesiae. Estque execrandus et damnandus error ille iudaicus Anabaptistarum, qui fingunt Ecclesiam ante novissimum diem politiam quandam mudanam futuram esse, in qua

PAPELES DE CARRANZA

Regnum Christi est Spirituale

[1] Evangelium clare docet regnum Christi esse spirituale, hoc est, Christum sedere ad dexteram Patris et interpellare pro nobis et dare remissionem peccatorum et Spiritum Sanctum Ecclesiae, hoc est, credentibus in ipsum et invocantibus eum, eosque sanctificare ut resuscitet eos in novissimo die ad vitam et gloriam aeternam; et ut haec [bona] consequamur, ordinatum est mysterium Evangelii per quod vocantur homines ad agnitionem Christi... Interim vero ante novissimum diem Ecclesia in mundo patitur persecutionem, et erunt mali bonis admixti in Ecclesia. Haec est vera et germana sententia Evangelii de regno Christi et Ecclesiae. Estque execrandus et damnandus error ille iudaicus [et nunc] anabaptistarum, qui fingunt Ecclesiam ante novissimum diem politiam quandam mundanam futuram esse. in qua regnent [iusti]

regnent [pii.] et armis deleant omnes impios, et occupent omnia imperia etc.

[2] Colligemus [itaque] testimonia de spirituali regno [non solum ad refutandos fanaticos spiritus, sed etiam] quia prodest has sententias habere in conspectu, ut nos consolentur, et exuscitent ad exercitia spiritualia, [ad fidem, ad orationem, ad patientiam. Nam error ille Iudaicus praeter caetera incommoda hoc quoque habet, quod obscurat et prorsus obruit consolationes spirituales, et abolet exercitia spiritualia, cum videlicet mentes non intelligunt haec beneficia propria esse Christi, remissionem peccatorum et gratiam, sed expectant bona corporalia, nec sustentant se fide in terroribus et afflictionibus, sed requirunt bona corporalia].

[3] Quod Regnum Christi sit spirituale.

Ioan. 17, 2 sq. *Sicut dedisti ei potestatem [omnis carnis, ut omne, quod dedisti ei, det eis vitam aeternam. Haec est autem vita aeterna, ut agnoscant te solum Deum verum, et quem misisti Iesum Christum].* Hic Christus testatur suum [beneficium] et regnum suum esse vitam aeternam, et definit quid sit vita aeterna, videlicet, non aliqua mundana dominatio, sed vera notitia Dei et [Domini nostri] Iesu Christi.

Rom. 8, 34, *Qui est in dextera Dei et interpellat pro nobis* etc. Et Esa. 11, 1, *Stabit radix Iesse; ipsum gentes deprecabuntur* etc. Hae sententiae describunt sacerdotium et regnum Christi, et testantur utrumque spirituale esse; hoc est, Christum non constituere aliquid mundi imperium, sed apud Patrem pro nobis interpellare, ita regnare, ut velit invocari, [exaudire, sanctificare], custodire Spiritu sancto eos, qui ipsum invocant.

et armis deleant omnes impios et occupent omnia imperia .

[2] Colligemus testimonia de spirituali regno, ... quia prodest has sententias habere in conspectu, ut nos consolentur, et excitent ad exercitia spiritualia¹.

[3] Joan. 17, *Sicut dedisti ei potestatem...* Hic Christus testatur suum [bonum] et suum regnum

1 *Aquí se inserta una adición de Carranza en el margen del texto: Esayas 2,4,8,11,25,35,40,42,45,49,50,52, 53,65; in his omnibus locis describit Esayas regnum Christi spirituale, non mundanum. Hieremi., c. 14,31,33 describit spirituale regnum Christi. Ezech. c. 11,37. Daniel, 7. Oseas, 13. Ioa. c. 23. Amos, c. 9. Abdias, Ionas, Micheas, c. 4. Abachuc, c. 2; Sophonias, c. 3. Agaeus, c. 2. Malachias, c. 3. Novum Testamentum ubique describit nostrum Messiam doctorem mansuetum, pauperem, afflictum, propter nos contemptum, passum, sacerdotem nostra peccata propii corporis victima expiantem, dehortantem discipulos suos ab ambitione, ne regna mundi et saeculi pompam ambirent, Vos autem non sic et fillus hominis non habet ubi caput suum reclinet. Coronam regiam oblatam respuit, Ioan 6. Tandem exinanitur et servus propter nos fit in hoc saeculo.*

Sicut et alias scriptum est Rom. 8, 14, *Qui spiritu Dei aguntur, hi sunt filii Dei*. Item Hierem. 31, 33, *Dabo legem meam in corde eorum*. Haec [beneficia] obscurantur, cum expectamus regnum corporale etc.

[4] Rom. 8, 17, *Cohaeredes Christi, siquidem simul patimur, simul etiam glorificabimur*. Item *spe salvi facti sumus*. Item [ibid. vs. 29.]: *Quos praescivit, hos vult conformes fieri imaginis filii sui*. Item [Ps. 43, 22.]: *Propter te macerantur tota die, reputati sumus velut oves occisionis* etc. Haec sententiae testantur, quod glorificatio non contingat in hac vita, sed oporteat nos in hac vita afflictiones et persecutionem pati. Matth. 16, 24, *Si quis vult me sequi, abneget se ipsum, et tollat crucem suam, et me sequatur*. Ioan. 16, 33, *In hoc mundo pressuram habebitis*. Et 2 Tim. 3, 12, *Omnes qui pie volunt vivere in Christo, persecutionem patientur*.

[Haec sententiae clarissime docent Ecclesiam in hac vita subiectam esse afflictionibus]. Coloss. 3, 3 sq., *Vita vestra abscondita est cum Christo in Deo; [Quando Christus manifestabitur, qui est vita vestra, tunc et vos cum eo manifestabimini in gloria]*. 1. Ioan. 3, 2, *Nunc filii Dei sumus, sed*

esse vitam aeternam, et diffinit quid sit vita aeterna, non aliqua humana dominatio, sed vera notitia Dei et... Jesu Christi. Item Ro., c. 8, *qui est in dextera Dei et interpellat pro nobis*. Et Esayas, 11 *stabit radix Jesse, ipsum gentes depraecabuntur*. Ista sententiae describunt sacerdotium et regnum Christi et testantur utrumque esse spirituale, hoc est, Christum non constituere aliquod mundi imperium, sed apud Patrem pro nobis interpellare; et ita regnare, ut velit invocari... et custodire Spiritu Sancto eos qui ipsum invocant. Sicut scriptum est, Co., 8, *qui spiritu Dei aguntur, hi sunt filii Dei*. Item, *dabo legem meam in corde eorum*.

Haec [bona] obscurantur cum expectamus regnum corporale.

[4] Ro. 8. *cohaeredes Christi, si tamen compatimur, ut et glorificemur*. Item, *spe salvi facti sumus*. Item, *quos praescivit, hos vult conformes esse imaginis filii sui*. Item, *propter te mortificamur tota die, aestimati sumus sicut oves occisionis*. Item, *regnum meum non est de hoc mundo*². Item, Math. 16, *Si quis vult sequi me, abneget se ipsum et tollat crucem suam*. Item, Joan. 16, *in*

2 *Nuevamente se inserta otra adición de Carranza al margen, quizá inspirada en textos melanchtonianos que resume*: Explicandus est locus de discrimine regni Christi et regni civilis. Illud est spirituale, inchoatio vitae in corde nostro, notitiam Dei, timorem, fidem, iustitiam aeternam et Spiritum Sanctum habet; foris permittit nos uti politicis ordinationibus gentium, inter quas vivimus, sicut sinit nos uti medicina, sutoria arte, cibo et potu; non dissipat respublicas, politiam, oeconomiam, sed multo magis approbat et praecipit ut obtemperemus legibus civilibus.

nondum manifestatum est, quales erimus; scimus autem, [cum manifestabitur, similes nos ei futuros esse, quia videbimus eum, quemadmodum est, etc.]. Docet et hic locus gloriam regni Christi non esse imperium mundanum, sed spirituale, hoc est, ut resuscitati habeamus novam et aeternam iustitiam ac vitam, qualis est Christi resuscitati gloria.

hoc mundo praessuram habebitis. Item, 2 Timoth. 3, *omnes qui pie volunt vivere in Christo, persecutionem patientur.*

Istae sententiae testantur quod glorificatio non contingat in hac vita, sed oporteat nos in hac vita afflictiones et tribulationes pati. Item, Colosen., 3, *vita nostra abscondita est cum Christo in Deo; dum autem Christus apparuerit, vita vestra...* Et 1 Joan. 3. *nunc filii Dei sumus, sed nondum apparuit quid erimus, scimus autem...* Docet hic locus gloriam regni Christi non esse imperium mundanum, sed spirituale, hoc est, ut resuscitati, habeamus novam et aeternam iustitiam et vitam, qualis est Christi resuscitati gloria.

[5] Item, Paulus 2. Thes. 2, 3 sqq., clare dicit, Antichristum dominaturum esse usque ad novissimum iudicium, in quo veniens Christus destruet regnum Antichristi. Igitur vera Ecclesia non occupabit imperia, sed multo magis versabitur in maximis periculis et afflictionibus... [Et 2. Petri 3, 3 sq. dicitur, Venturos esse postremis temporibus illusores, qui palam derideant religiones. Erunt ergo, qui persequentur Ecclesiam]. Et Daniel cap. 7 clare dicit, Bestias, hoc est, imperia conici in ignem, cum apparet Christus ad iudicandum. Durabunt igitur imperia aliqua impia usque ad novissimum diem. Ioan. 20, cum Christus mittit Apostolos, tantum dat mandatum docendi, et inquit [vs. 21.]: *Sicut me misit Pater, sic ego mitto vos.* Constat autem Christum missum esse ad ministerium Evangelii, non ad occupanda imperia mundi; sicut ipse inquit loh. 18, 36, *Regnum meum non est de hoc mundo.* Et prohibet Apostolis imperia rapere, cum ait Luc. 22, 25: *Reges gentium dominantur, vos autem non sic.*

[5] Item Paulus clare dicit antichristum dominaturum usque ad novissimum iudicium, in quo veniens Christus desinet regnum antichristi. Igitur vera Ecclesia non occupabit imperia, sed multo magis versabitur in maximis periculis et afflictionibus... Et Daniel clare dicit, bestias, hoc est, imperia mitti in ignem, cum apparuerit Christus ad iudicandum. Durabunt igitur imperia aliqua impia usque ad novissimum diem. Ioan. 20, cum Christus mittit apostolos, tantum dat mandatum docendi, dicens: *Sicut misit me Pater, sic et ego mitto vos.* Constat autem Christum missum esse ad ministerium Evangelii, non ad occupanda imperia mundi, sicut ipse dixit, *Regnum meum non est de hoc mundo;* et prohibet apostolis imperia rapere, dicens, *Reges gentium dominantur eorum; vos autem non sic.* Item, Math., 5, *Ego autem dico vobis, ne resistatis malo;* et ne occasione Evangelii et novi regni constituendi, arma capiat. Sunt igitur missi apostoli ad ministerium Evangelii, non ad capienda regna mundi.

Item Matth. 5, 39, *Ego autem praecipio vobis, ne resistatis malo*; hoc est, ne praetextu Evangelii et novi regni constituendi arma capiatis. Sunt igitur missi Apostoli ad ministerium Evangelii. hoc est, ad docendum, non ad rapienda imperia mundi. Ideo et Paulus inquit: *Evangelium est ministerium Spiritus*; id est: In Evangelio offeruntur bona spiritualia et aeterna, non constituimus nova imperia mundi. Et 2. Corinth. 10, 4, inquit: *Arma militiae nostrae non sunt carnalia, sed potentia Deo ad demoliendas cogitationes*. Item 2. Corinth. 5, 20, [*Pro Christo legatione fungimur, commendantes nos tanquam Dei ministros in afflictionibus*]. Item 2. Cor. 1, 23: *Non dominamur fidei vestrae*].

[6] Cum igitur Apostoli tantum habeant mandatum docendi, impium est sentire, quod doctores Evangelii debeant armis constituere nova quaedam imperia; sicut Iudaei et Anabaptistae [somnia]nt], postremis temporibus regnum Dei in terris tale constituendum esse, in quo sancti dominantur et armis deleant omnes impios, [nec in Ecclesia hypocritas ullos futuros esse. Atque hoc Iudaicum delirium saepe in Ecclesiam irrepit]. Fuerunt enim et olim fanatici spiritus Chiliastae et Pepsiani, qui tale regnum Anabaptisticum somniantur.

Ideo Paulus dicit, *Evangelium est ministerium spiritus*, id est, in Evangelio offeruntur bona spiritualia et aeterna, non constituimus nova imperia mundi. Et 2 Cor. 10, *arma militiae nostrae non sunt* (151v) *carnalia, sed potentia Deo ad demoliendas cogitationes Sathanae*.

[6] Cum igitur apostoli tantum habeant mandatum docendi, impium est sentire quod doctores evangelii debeant armis constituere nova quaedam imperia, sicut Iudaei et anabaptistae [conveni]ant] postremis temporibus regnum Dei in terris tale constituendum esse in quo sancti dominantur et armis deleant omnes impios... Fuerunt et olim fanatici spiritus, chiliastae et pepsiani, qui tale regnum corporale somniantur.

*Potestas civilis et ecclesiastica qualiter distinguuntur*³.

[Ex his liquet potestatem ecclesiasticam discernendam esse a politica potestate seu regno mundano. Potestas civilis in mundo fert leges de defensione corporum, de distinctione dominiorum, de contractibus, de criminibus. Et e contrario potestas ecclesiastica impertitur leges aeternas et spirituales, hoc est, doctrinam coe-

3 *Este epígrafe y los siguientes, que irán en letra cursiva, son añadidos al margen por Carranza.*

lestem et cohercet verbis, non armis corporalibus, quare non improbat nec abolet potestatem civilem.

Quod autem Christus in Passione spinis coronatur et producitur deridendus in regia purpura, significatum est fore ut spreto vero regno spirituali, hoc est, spreto Evangelio, constituatur aliud mundanum regnum praetexto potestatis Ecclesiae, sicut quidam indocti dixerunt Romanum Pontificem iure divino esse dominum regnorum mundi. Isti et anabaptistae transformant potestatem ecclesiasticam in mundanam, et Christum spinis coronatum et in purpura, traducunt et contumelia addiciunt. Prudenter igitur potestates discernendae sunt, ne obscuretur regnum Christi, nam quamlibet persuasio postea multos errores parit].

[7] *Usque ad novissimum diem futuros bonos et malos.*

Testimonia quae docent in Ecclesia usque ad novissimum diem permissive futuros bonos et malos [sunt multa et aperta]. Luc. 17, *Sicut factum est in diebus Loth, sic erit qua die filius hominis revelabitur.* Item, in illa nocte erunt duo in lecto... Et Math. 13, de zizaniis, *sinite utraque crescere usque ad messem... Messis, consummatio saeculi est. Mittet filius hominis... Item, sic erit in consummatione saeculi: exibunt angeli et separabunt malos a iustis et mittent eos...* Ista sententiae testantur non futuram esse separationem ab [injustis] nisi in novissimo die. [Interim commixta erit Ecclesia ex bonis et malis; tale est regnum Christi in hac vita].

[7] Reliquum est, ut testimonia colligamus, quae docent in Ecclesia usque ad novissimum diem promiscue futuros bonos et malos. Luc. 17, 28. *Sicut factum est in diebus Lot, sic erit, qua die filius hominis revelabitur.* Item ibid. vs. 34, *In illa nocte erunt duo in lecto [uno, unus assumetur et alter relinquetur etc.].* Matth. 13, 30, de zizaniis: *Sinite utraque crescere usque ad messem etc.* Et paulo post [vss. 39, 41.]: *Messis consummatio saeculi est; mittet filius hominis [Angelos suos, et colligent de regno eius omnia scandala et eos, qui faciunt iniquitatem etc.].* Item [vss. 49 sq.]: *Sic erit in consummatione saeculi: Exibunt Angeli et separabunt malos a iustis, et mittent eos in caminum ignis etc.* Hae sententiae testantur, non futuram esse separationem [sanctorum] ab [hypocritis], nisi in novissimo iudicio.

[Praeterea et hoc considerandum est: Pastores habent mandatum excommunicandi verbo sine

vi corporali reos manifestorum scelerum. Non est humani iudicii corda inspicere et de illis iudicare, qui non habent manifesta delicta. Ideo Paulus dicit 1. Tim. 5, 19, *Adversus presbyterum non recipias accusationem nisi testibus adhibitis*. Ergo qui non possunt convinci testimoniis, non debent humano iudicio separari. Impossibile est igitur talem Ecclesiam constituere ante novissimum diem, in qua nulli sunt hypocritae. Sed Pastores faciant suum officium, pure et fideliter doceant. et Ecclesiae glorificationem commendent Christo]. Interim in hac vita semper erunt Ecclesiae admixti mali, [et multi impii tenebunt imperia mundi, et crudeliter persequentur Ecclesiam usque ad gloriosum Christi adventum. Et tamen in his persecutionibus Christus suo consilio aliquas reliquias servat, ne penitus deleatur Ecclesia]. Tale est regnum Christi in hac vita.

[Constat et aliud: Etiamsi nova aliqua talis Ecclesia futura esset, tamen doctores proprio consilio sine manifesto mandato Dei non debent arma capere ad talem Ecclesiam constituendam etc. Quanquam nec ullum novum mandatum expectandum est; non enim edet Christus mandatum contrarium Evangelio.

Quod vero Iudaei et Anabaptistae citant Prophetas, qui, cum de regno Christi loquuntur, saepe figuris utuntur sumptis ab imperiis mundi. Ad hoc primum respondeo: Evangelium est interpretatio Prophetarum].

[8] cum igitur Evangelium clare doceat, regnum Christi esse spirituale, afferre bona spiritualia et aeterna, [nec occupare dominationem in mundo, sed magis pati persecutionem], debemus et Prophetas intelligere iuxta Evangelium. Itaque Apostoli in Actis

[8] *Qualiter prophetae loquuti sunt de regno Christi.*

Cum igitur Evangelium clare doceat regnum Christi esse spirituale et afferre bona spiritualia et aeterna..., debemus prophetas interpretaere juxta Evangelium, et

cap. 2, sententias de regno promisso Davidi clare transferunt ad hoc regnum spirituale, subiectum persecutioni etc Et Christus reprehendit [ipse] Apostolos, cum haberent iudaicam persuasionem, ac putarent se occupaturos esse mundi imperia.

Secundo, Prophetæ [ipsi, quam variis utuntur figuris, tamen interna etiam] diserte testantur regnum Christi fore spirituale. Daniel clare dicit 9. 26, *Christus occidetur*. Et Esaias 53, 10, *Ponet animam suam pro peccato*. Ergo non habebit dominationem corporalem in hac vita. Praeterea affirmant regnum Christi esse aeternum, nulla autem corporalis politia est aeterna in hac vita; [ideo figuras corporalis politiae, quas interdum accommodant ad regnum Christi aeternum, necesse est allegorice intelligi].

Atque id regnum aeternum in hac vita, [in spiritu et fide] inchoatur, et postea durat perpetuo post hanc vitam. Ideo Prophetæ interdum ita loquuntur, ut non discernant tempora huius vitae et futurae vitae. Interdum vero discernunt [et palam vaticinantur, Ecclesiam in hac vita passuram esse persecutiones. Sicut docet Psalm. 2, 2, *Astiterunt reges terrae, et principes convenerunt in unum adversus Dominum et adversus Christum eius*. Et Psalm. 115, 6, *Pretiosa in conspectu Domini mors sanctorum eius*. Et Psalm. 71, *Pretiosus sanguis eorum coram ipso*. Et venuste describit Esaias Ecclesiam in hac vita, cap. 30, 20, *Dabit vobis Dominus panem arctum et aquam exiguam, et non auferet ultra a te doctorem tuum* etc. Hic testatur Ecclesiam conservandam esse, sed tamen inter afflictiones. Daniel [cap. 9] aperte vaticinatur de persecutione ante novissimum diem; 11. 33, *Et docti in populo docebunt plurimos, et ruent in*

ita apostoli in Actis sententias de regno promisso Davidi clare transferunt ad hoc regnum spirituale, subjectum persecutioni. Et Christus reprehendit apostolos cum haberent iudaicam persuasionem et putarent se occupaturos esse mundi imperia.

Deinde prophetæ... satis clare testantur regnum Christi esse spirituale. Daniel dicit, *Christus occidetur*. Et Esay. *ponet animam suam pro peccato*. Ergo non habebit dominationem (152r) corporalem in hac vita. Item affirmant regnum Christi esse aeternum: nulla autem corporalis politia est aeterna in hac vita, [quamvis prophetæ, cum de regno Christi loquuntur, saepe utuntur figuris sumptis ab imperiis mundi, sed accomodandae sunt ad regnum Christi aeternum et allegorice intelligendae]. Atque istud regnum... in hac vita inchoatur et postea durat perpetuo post hanc vitam, [idem regnum est, habens diversum statum]. Ideo prophetæ interdum loquuntur, ut nos discernat tempora huius vitae et futurae, interdum vero discernunt illa.

gladio. Et postea statim sequitur 12, 1 sq.: In tempore illo salvabitur populus tuus omnis, qui scriptus est in libro; et multi de his, qui dormiunt in terrae pulvere, vigilabunt, alii in vitam aeternam, alii in opprobrium sempiternum. Hi loci et similes tenendi sunt, ut habeamus consolationem in cruce, et vere intelligere dicamus regnum spirituale, hoc est, quaerere consolationes spirituales et exercere fidem. Et satis perspicue refutant hi loci iudaeam et fanaticam persuasionem de corporali dominatione sanctorum in hac vita].

[9] De resurrectione mortuorum.

Articulus de vita aeterna et resurrectione mortuorum est inter praecipuos articulos Evangelii. Ideo in Novo Testamento clarissime proponitur et saepe inculcatur. Et de eo extant conciones Christi manifestissimae.

[10] De afflictionibus seu de cruce toleranda.

Cum dictum sit Ecclesiam in hac vita subjectam esse cruce et afflictionibus, visum est adiacere quaedam de hoc loco. [Prodest enim Ecclesiam hac de re diligenter instituere, ut in omni genere afflictionum habeamus in promptu pias et utiles consolationes. Sunt autem quatuor capita praecipua huius consolationis].

Primum statuendum est certo, nos non affligi casu, sed aliquo consilio a permissione Dei. [Haec enim prima in omnibus afflictionibus quaestio est humanae mentis: An bona et mala casu eveniant, an vero Deo gubernante eveniant? Et in communibus afflictionibus magna pars consolationis est, posse statuere, quod adversa non accidant tibi casu. Scimus enim Deo obediendum esse]. Hic igitur certis testimoniis erigen-

cap. 5. sententia de regno pro-
missa Davidi dicitur transierunt ad
hoc regnum spirituale, subiectum
persecutioni etc. Et Christus re-
surrexit [quae] Apostolorum cum
haberet iudaeam persuasionem,
de pulvere se occupavit esse
mundi imperio.

Secunda Propheta [sicut] dicitur
quomodo vultis unum [sicut] dicitur
interim etiam] dicitur testatur
regnum Christi [sicut] dicitur Da-
vidi dicitur [sicut] dicitur
occiditur. Et dicitur [sicut] dicitur
animam suam pro peccato. Ergo
non habet dominionem corpe-
torem in hac vita. Praeterea dicitur
mont regnum Christi esse aeternum.

[9] Articulus de vita aeterna et de resurrectione mortuorum est inter praecipuos articulos Evangelii; ideo in Novo Testamento clarissime proponitur et saepe inculcatur.

Afflicto id regnum aeternum in
hac vita [in spiritu et fide] in-
ducitur et postea dicitur [sicut] dicitur
et postea dicitur [sicut] dicitur

[10] Ecclesia in hac vita cruce subjecta.

Dictum est Ecclesiam in hac vita subjectam esse cruce et afflictionibus, visum est adiacere de hoc loco... Primum statuendum est certo nos non affligi casu, sed aliquo consilio et permissione Dei. Hac sententia, quod bona et mala non eveniant casu, erigenda et confirmanda est mens humana contra epicureas opiniones. Huc pertinent omnes sententiae de providentia. Math. 10 et Hier., c. 5.

Christi dicitur Ecclesiam in
vita, cap. 30. Debet velle De-
minus pascere ovem et ovem
dicitur [sicut] dicitur [sicut] dicitur
ta dicitur [sicut] dicitur [sicut] dicitur
sunt [sicut] dicitur [sicut] dicitur
sunt [sicut] dicitur [sicut] dicitur
sunt [sicut] dicitur [sicut] dicitur
sunt [sicut] dicitur [sicut] dicitur

da et confirmanda mens est contra Epicureas opiniones. [Hierem. cap. 3, 37, Threnorum inquit: *Quis est iste, qui dixit, ut fieret Domino non iubente: ex ore altissimi nec bona nec mala egredientur. Quid murmurat homo contra Deum?* Huc pertinent omnes sententiae de providentia. Matth. 10, *Non cadet unus de passerculis istis super terram sine voluntate Patris.* Actuum 17, 28, *In ipso vivimus, movemur et sumus.* Psalm. 99, 3, *Ipse fecit nos, et non ipsi nos.* Psalm. 93, 9, *Qui finxit oculum, non videret?* Psalm. 32, 15, *Qui finxit sigillatim corda eorum, qui intelligit omnia opera eorum* etc. Et Paulus cum ad Corinth. 1. ep. 11, 32, inquit, *Cum iudicamur, a Domino corripimur.* testatur afflictiones non accidere casu, sed Dei consilio ac voluntate. Et in cantico Annae 1. eg. 2. [1. Sam. 2, 6], *Dominus mortificat et vivificat, deducit ad inferos et re-ducit].*

Secundum caput consolationis: Non solum statuendum est, afflictiones Dei consilio accidere, sed etiam addendum est, quod Deus puniat, non ut perdat, sed ut vocet nos ad poenitentiam et exerceat fidem nostram. Ita afflictiones transformandae sunt in signa misericordiae et bonae voluntatis Dei. Haec consolatio praecipua est; nam in summis doloribus agnoscimus nos divinitus puniri. [Sed hoc ipsum auget acerbitatem doloris et adfert desperationem, nisi hanc consolationem teneamus, quae docet de voluntate Dei, quod puniat, non ut perdat, sed ut revocet nos ad poenitentiam aut exerceat nos]. Atque ita interpretatur afflictiones Evangelium.

Saepe igitur hanc consolationem scriptura inculcat. 1. Cor. 12, 32, *Cum iudicamur, a Domino corripimur, ne cum hoc mundo dam-nemur.* Prov. 3, 12. *Quem diligit*

Dominus, corripit. Hebr. 2. 8. *Filius
Genuit omnem filium, quem recipit.
[Psalm. 118. 77. Bonum mihi,
quod humiliasti me, ut discam
iustificationes tuas. Apoc. 2. 18.
Ego duas diligo arguo et castigo.
Eccles. 28. 18. Veraxio deo intel-
tum. Item [vs. 8]: Quem docet
solentiam? Aristoteles a Iactis.
causas ob uterque Eccles. 28.
18. Domine, in tribulatione visitant
et; arguitis in quo clamant, est
eis disciplina. Num. 1. 7. Bonus
est Dominus et confortans in tri-
bulationibus, et cognoscit spem
tas in se]. Hierem. 21. 18. Casti-
gasti me, Domine, et eruditus sum
quasi iuvenulus indomitus. [post-
quam convalescit me, ego poeniten-
tiam etc. Item in Evangelio Matth.
2. 3. Beati pauperes spiritu. Beati
vobis qui lugent etc. Luc. 6. 25. Vos
vobis qui letati estis. Item vos
vobis qui nunc ridetis. Et in sum-
ma afflictiones sunt pars legis.*

2º. Non solum statuendum est afflictiones consilio Dei accidere, sed addendum est quod Deus puniat, non ut perdat, sed ut vocet nos ad poenitentiam et exerceat fidem nostram. Ita afflictiones transformandae sunt in signa misericordiae et bonae voluntatis Dei. Haec consolatio praecipua est: nam in summis doloribus agnoscimus nos divinitus puniri... atque interpretatur afflictiones Evangelium. Saepe igitur hanc consolationem Scriptura inculcat, ut illud, *cum iudicamur a Domino corripimur, ne cum hoc mundo dam-nemur.* Paulus 3, quem diligit Dominus castigat. Et Hebre., 12, *flagelat omnem filium quem recipit...* Hiere., 31, *Castigasti me Domine et eruditus sum, quasi iuvenulus indomitus...* Et 1 Pet., 1, *oportet contristari variis tentationibus, ut probatio fidei vestrae auro purior fiat...* Et ad Ro., 5, *Tribulatio patientiam operatur...* Et Jacob. 1, *omne gaudium existimate, fratres, cum in tentationes*

Dominus, corripit. Hebr. 2, 6, *Flagellat omnem filium, quem recipit.* [Psalm. 118, 71, *Bonum mihi, quod humiliasti me, ut discam iustificationes tuas.* Apoc. 3, 19, *Ego quos diligo, arguo et castigo.* Esaia. 28, 19, *Vexatio dat intellectum.* Item [vs. 9.]: *Quem docebit scientiam? Ablactatos a lacte, avulsos ab uberibus.* Esaia. 26, 16, *Domine, in tribulatione visitant te; angustia in qua clamant, est eis disciplina.* Naum. 1. 7, *Bonus est Dominus et confortans in tribulationibus, et agnoscit sperantes in se.* Hierem. 31, 18, *Castigasti me, Domine, et eruditus sum quasi iuenculus indomitus, [postquam convertisti me, egi poenitentiam etc.* Item in Evangelio Matth. 5, 3: *Beati pauperes spiritu; Beati qui lugent etc.* Luc. 6, 25, *Vae vobis, qui saturi estis.* Item: *Vae vobis, qui nunc ridetis.* Et in summa afflictiones sunt pars legis, quia sunt poenae additae legi.

Sicut igitur Evangelium docet legem datam esse, ut humiliet nos, ut quaeramus. Christum; ita docet et poenas additas esse, non ut perdat, sed ut revocet nos ad poenitentiam, ut feramus crucem. Pertinent igitur huc sententiae illae universales [Rom. 11, 32.]: *Concluit omnes sub peccatum, ut omnium misereatur.* Nam concludi sub peccatum significat. nos subiectos esse non solum praesentibus calamitatibus, sed condemnationi etc. Et tamen de hac summa afflictione docet Evangelium nos non perdi, sed admoneri, ut agnoscamus beneficium Christi etc. Eodem pertinet sententia. Ezech. 33, 11, *Nolo mortem peccatoris etc.*

Praeterea de Ecclesia plurimum extat testimoniorum, quod oportet eam exerceri, ut crescant in sanctis timor et fides et caeteri fructus spiritus etc.] 1. Petr. 1, 6, *Oportet contristari variis tentationibus, ut probatio fidei vestrae*

varias incideritis... Constituendum est igitur de fine... quod afflictiones sunt signa bonae voluntatis Dei, non alicuius irae, et quod affligat non ut perdat, sed ut revocet ad bonam mentem et exerceat nos...

auro purior fiat. [2. Cor. 1, 9, *In nobis ipsis responsum mortis habuimus, ne confideremus nobis ipsis.* 2. Cor. 4, 16, *Etsi noster exterior homo corrumpitur, tamen interior renouatur quotidie etc.*] Rom. 5, 3, *Tribulatio patientiam [efficit, patientia probationem, probatio spem etc.]* Iacobi 1. 2, *Omne gaudium existimate, cum in varias tentationes incideritis, [scientes, quod probatio fidei vestrae parit patientiam.* Gen. 22, 12, de Abraham: *Nunc cognovi, quod timeas Deum*]. Constituendum est igitur de fine [seu utilitate afflictionum], quod sint signa bonae voluntatis Dei, [seu quod Deus sinat nos affligi, non ut perdat nos, sed ut revocet ad poenitentiam, seu ut exerceat nos. [Haec consolatio munit afflictos contra desperationem, et ostendit, quid boni insit in afflictionibus.

[Tertium caput consolationis. Natura hominis, praesertim cum videtur indigna pati aut minis duriter affligi, impatienter fert calamitatem, fremit, indignatur, et irascitur iudicio Dei, quod videtur iniquum. Quia cum impii et Tyranni vivant in maximis opibus ac voluptatibus tranquilli, nos interim omnibus miseriis opprimimur. Adversus hanc tentationem docendi sunt homines. ne indulgeant huic indignationi aut dolori, sed quod haec indignatio seu impatientia sit peccatum, et quod Deus requirat obedientiam, et velit hoc modo praesertim Ecclesiam exerceri.]

Huc pertinent sententia de afflictionibus propriis Ecclesiae, quae hanc obedientiam et singularem cultum requirunt. Hinc vero sumendae sunt insignes consolationes: Prima, quod Deus hanc obedientiam Ecclesiae praeceperit; Deinde, si afflictiones sunt cultus Dei, non est sentiendum, afflictiones esse signa irae, aut ideo affligi nos, quia reiciamur,

sed ut fiamus membra similia imaginis Christi; item, ut praestemus cultum Deo debitum. Tertio, Cum Ecclesiae praecipue affligatur, certe afflictiones non sunt signa irae, quia Deus maxime diligit et liberabit Ecclesiam, sicut et Christum resuscitavit].

[11] Causa autem, cur Ecclesia praecipue affligatur, haec est: Regnum Christi erit nova et aeterna iustitia ac vita. Haerent autem in corpore nostro reliquiae peccati; ideo hoc corpus aboleri vult ac subiecit afflictionibus ac morti, ut postea nova et spirituali natura vestiamur et glorificemur, quae sine peccato et sine morte sit. Et vult interim exerceri fidem hac occasione. Hoc docet Paulus Rom. 8. 13.36, *Corpus mortificatur propter peccatum*, [scilicet, praesens in carne]. Et Rom. 6, 6, *Vetus noster homo simul crucifixus est, ut destruat corpus peccati*.

[Humana ratio exercetur hoc argumento: iustus debet bene esse; Ecclesia est iusta; igitur Ecclesia non debet affligi. Sed primum respondendum est ad Minorem: Ecclesia est iusta imputatione, sed tamen adhuc habet peccatum in carne: ideo manent afflictiones et mors. Deinde ad Maiorem respondendum est: iustus debet bene esse. Haec sententia est vox legis, quam interpretatur Evangelium, quod docet nos in hac vita propter peccatum haerens in corpore, subiectos esse afflictionibus], et tamen, quia Ecclesia iusta est, liberabitur ab his afflictionibus, et suo tempore recipiet praemia].

[12] Nunc igitur addemus aliquas sententias de Ecclesiae afflictionibus. Primum, exempla nobis proponere debemus Christi et totius Ecclesiae ab initio mundi. Abel, Abraham, Isaac, populi Israel in Aegypto, Prophetarum et Apostolorum etc. Haec exempla

[11] Causa autem quare Ecclesia praecipue affligitur haec est: regnum Christi erit nova et aeterna iustitia et vita. Haerent autem in corpore nostro reliquiae peccati, ideo hoc corpus aboleri vult et subiecit afflictionibus ac morti, ut postea nova et spirituali natura vestiamur et glorificemur (152v), quae sine peccato et morte fit. Et vult interim exerceri fidem in hac occasione. Hoc docet Paulus, Co., 8, *corpus mortificatur propter peccatum*. Et Ro., 6, *vetus homo noster crucifixus est, ut destruat corpus peccati*. [Ideo iusti non debent mirari quod impii sint in maximis opibus et voluptatibus tranquilli; illi autem omnibus miseriis opprimantur. Haec ratio aliquando exercuit rationem humanam, sed Ecclesia edocta ab Spiritu Sancto illuminata fide, nihilo facit argumentum, quoniam videt expedire quod hic affligatur in hac vita et hanc esse voluntatem Dei. Ideo aequanimiter fert et videt adhuc habere illam peccatum in carne et per consequens opus habere afflictionibus propter peccatum inhaerens in carne]. Et tamen, quia Ecclesia iusta est, liberabitur ab his afflictionibus et suo tempore recipiet praemia.

[12] [Exemplis res eadem probata est: Ab initio totius Ecclesiae mundi, Abel, Noe, Habraam, Ysaac, populus Israel in Aegypto, prophetae et apostoli semper tulerunt crucem et persecutionem]. Ideo non frangamur animis, cum versari nos in magnis perculis co-

nos admoneant et erigant: Si est Ecclesia, necesse est similem fieri corporis Christi. Quare necesse est existere persecutiones. et Ecclesiam affligi]: ideo non frangamur animis, cum versari nos in magnis periculis et aerumnis cogitabimus, sed meminerimus hanc esse propriam Ecclesiae speciem. Intueamur in Christum crucifixum, [in Abel], in Prophetas, in Apostolos interfectos etc.

Dicit igitur Paulus Rom. 8, 29, *Oportet nos fieri similes imaginis filii Dei*. Petrus, 1. ep. 4, 17: *Iudicium a domo Dei incipit*. [Item: *Ne miremini in afflictione vestra, quae fit ad vos explorandos, sed gaudeate tanquam communicantes afflictionibus Christi*. Et Christus inquit, Marc. 8, 34, *Qui vult me sequi, tollat crucem suam* etc. 2. Tim. 3, 12, *Omnes, qui pie volunt vivere in Christo, persecutionem patientur*. Et Paulus inquit 1. Cor. 4, 9 sqq., *Apostolos haberi a mundo pro catharmatis, id est, piaculis*. Hoc extremum et atrocissimum est maledictorum omnium, quae cogitari possunt. Psalm. 125, 5, *Qui seminant in lachrymis, in exultatione metent* etc. Item Psalm. 117, 18, *Castigans castigavit me Dominus, et morti non tradidit me*. Hic de afflictione et de liberatione concionatur. Et 115, 6, *Pretiosa in conspectu Domini mors sanctorum eius*].

Sed suavissima consolatio in illis sententiis proponitur, quae testantur afflictiones sacrificia esse. [Nam sacrificia significant quiddam Deo proprie dicatum, ut per id honore afficiatur, et quod Deo praecipue gratum est]. Psalm. 50, 19, *Sacrificium Deo spiritus tribulatus, cor contritum [et humiliatum. Deus, non despicies*. Rom. 12, 1, *Praebete corpora vestra victimas et rationalem cultum* etc.]

[13] Ergo et requirit Deus hanc obedientiam, et valde approbat tanquam verum et summum cul-

gitabimus, sed meminerimus hanc esse propriam Ecclesiae speciem; intueamur Christum crucifixum, in prophetas, in apostolos interfectos. Apostolus dicit, *Oportet vos fieri similes imaginis filii Dei*. Et Petrus *iudicium a domo Dei incipit...* Suavissima consolatio est cum proponitur afflictiones sacrificia esse. Ps. 50, *Sacrificium Deo spiritus contribulatus, cor contritum...*

[13] In tribulationibus requirit Deus obedientiam et patientiam. Paulus, *in tribulatione patientes,*

tum; non igitur reiicit afflictos. Non est indignandum, quasi nos deseruerit, sed bona colligenda sunt, quae secum habent afflictiones, ut hanc obedientiam aequo animo praestare possimus. Sicut Petrus 1 ep. 4, 13, inquit: *Gaudete tanquam communicantes afflictionibus Christi.* etc. Primum obedientia ipsa bona est; Deus enim praecipit, ut patienter obediamus, iuxta illud Pauli Rom. 12, 12: *In tribulatione patientes.* Item 1. Cor. 10, 10: *Nolite murmurare* etc. [Secundo: Finis bonus est, quod afflictiones exercent nos aut revocant ad poenitentiam. Tertio: Est et alius finis longe praestantior, quod afflictiones fiunt cultus et sacrificia; nihil enim honorificentius dici potest de ullo opere, quam quod sit sacrificium. Fiunt autem sacrificia, cum voluntatem Dei intuemur, videlicet, cum ideo perferimus, ut Deo obediamus; item, cum credimus eas propter Christum placere.

Et loquimur de afflictionibus, non quas ipsi sponte accersimus, sed quae accidunt praeter nostram electionem aut voluntatem, sive natura sive hominum saevitia. Nam naturae incommoda etiam sunt poenae additae legi, et fiunt voluntate Dei. Ideo Petrus diserte dixit 1. ep. 4, 19: *Patientes secundum voluntatem Dei.* Illa vero ethnica persuasio abiicienda est, quae fingit afflictiones sponte accersitas sacrificia esse, et quidem sine fide. Sicut sacerdotes Baal lacerabant cutem suam gladiis etc.

Cum igitur in tolerandis afflictionibus non solum obedientia requiratur, sed etiam ita requiratur, ne irascamur et indignemur, sed volentes et aequo animo obediamus Deo; adversus hanc indignationem et impatientiam opponere debemus praecepta, quae recensui, et sententias, quae testantur voluntatem Dei esse, ut praecipue

Ecclesia exerceatur etc. Sunt et opponenda commoda afflictionum, de quibus dixi.

Sed addendum est quartum caput consolationis, quod maxime prodest nosse ac praecipue levat illam indignationem. Non solum illa superiora capita tenenda sunt: quod afflictiones non accidant casu: quod non sint signa irae: quod indignatio sit peccatum: quod Deus requirat obedientiam etc. sed etiam addi oportet fidem et invocationem.

[14] Tenenda est igitur fides, quod Deus nobis affuturus sit, et opem laturus, et pro sua sapientia aliquando liberaturus: hac fide invocandus est. [Est enim et hic finis afflictionum, videlicet, ut habeamus occasionem exercendae fidei et invocationis, et liberatio seu confirmatio testetur Deum adesse, et nos Deo curae esse etc.].

Ita notitia Dei per hanc occasionem fit illustrior et crescit in nobis sicut docet insigne exemplum Manasse 2. Paralip. 33. *Qui postquam afflictus est, oravit Dominum, et Deus exaudivit orationem eius*, et agnovit Manasse, quod Dominus Deus, est. Et Psal. 49, 15, *Eripiam te, et honorificabis me*; id est, magis me agnosces, praedicabis etc. [Psalm. 68, 33, *Videant pauperes et laetentur, quia exaudivit pauperes Dominus* etc. Exempla liberationis testantur Deum nobis adesse. Et est suavissima sententia 2. Cor. 1, ubi Paulus iubet multos orare, ut rursus pro dato beneficio multi agant gratias Deo, videlicet ut misericordia et notitia Dei fiat illustrior.

Hic igitur duo nobis proponamus, praecepta et promissiones. Praecepta iubent petere et expectare auxilium; ut Ps. 19, 15, *Invoca me in die tribulationis* etc. Et Psalm. 4, 6. *Sacrificate sacri-*

ficium iustitiae et sperate in Domino. Item Christus Luc. 11, 9. *Petite et accipietis etc.* Luc. 18, 1. *Iubet semper orare: et 1. Thes. 5, 17. Semper orate. Et Phil. 4, 6. Ne sitis solliciti, sed in omni oratione et petitione cum gratulari actione petitiones vestras notae sicut opus Deum. Et Psal. 54, 23. facta super Domum curam tuam, et ipse te servavit etc.* Huiusmodi praecepta etiam nos ad invocationem deum Deo et promissiones con-

[14] Deinde requiritur fides [per quam certo credamus] quod affuturus sit nobis Deus et opem laturus et pro sua sapientia aliquando liberaturus. Hac fide invocandus est Deus... et per hanc occasionem notitia Dei fit in nobis illustrior et crescit, ut habemus insigne exemplum Manasse. 2 Paral. 33, *qui postquam afflictus est, oravit Dominum et Deus exaudivit orationem ejus et agnovit Manasse quod Dominus est Deus.* Et Ps. 49, *eripiam te et honorificabis me*, id est, magis me agnosces et praedicabis.

Deinde requiritur fides [per quam certo credamus] quod affuturus sit nobis Deus et opem laturus et pro sua sapientia aliquando liberaturus. Hac fide invocandus est Deus... et per hanc occasionem notitia Dei fit in nobis illustrior et crescit, ut habemus insigne exemplum Manasse. 2 Paral. 33, *qui postquam afflictus est, oravit Dominum et Deus exaudivit orationem ejus et agnovit Manasse quod Dominus est Deus.* Et Ps. 49, *eripiam te et honorificabis me*, id est, magis me agnosces et praedicabis.

ficium iustitiae et sperate in Domino. Item Christus, Luc. 11, 9: *Petite et accipietis* etc. Lucae 18, 1, iubet semper orare; et 1. Thes. ult. [5, 17], *Semper orate*, Et Philipp. 4, 6, *Ne sitis solliciti, sed in omni oratione et precatione cum gratiarum actione petitiones vestrae notae fiant apud Deum.* Et Psalm. 54, 23, *lacta super Dominum curam tuam, et ipse te enutriet* etc. Huiusmodi praecepta excitare nos ad invocationem debent. Deinde et promissiones consideremus; ut Ioan. 16, 23, *Quicquid petieritis Patrem in nomine meo, dabit vobis.* Et Matth. 7, 11, *Si vos, qui mali estis* etc. Et in Psalmis innumerabiles sunt promissiones. *Tibi derelictus est pauper, orphano tu eris adiutor. Invoca me in die tribulationis, et eripiam te, et tu honorificabis me.*

Atque haec sunt vera Christianorum exercitia: intelligere publica et privata pericula, et fide animum erigere et petere a Deo, ut gubernet Ecclesiam, et liberet eam ab impietate ac scandalis defendat rempublicam, det pacem, fruges, victum, regat mores populi, ut Deus glorificetur etc. His exercitiis debebat fides crescere, quae in otio et voluptatibus extinguitur. Cum enim animi non assuefiunt, ut a Deo bona petant, obrepit opinio, quod casu ita ferantur omnia sine ope divina. Ideo scriptura docet in secundis rebus homines fieri caecos et impios, quia amittunt occasiones petendi auxilium a Deo. Sicut dicit Moyses [Ex. 32, 6]: *Sedit populus manducans et bibens, et surrexit ad ludendum.* Et Deut. 32, 15. *Incrassatus est et recalcitravit.* Et Oseas 7, 5: *Coeperunt principes furere vino* etc. Nunquam desunt pericula, sed homines briorum praesentium tranquillitate non intelligunt ea; ideo consideranda sunt, ut fidem et invocationem exerceamus etc.

Ecclesia exerceatur etc. Sunt et opponenda commoda afflictionum, de quibus dixi.

Sed obdandum est quatum ad hoc consolationis quod maxime potest nosse ac praesque levat illam indignationem. Non solum illi superioris capitis tenenda sunt: quod afflictiones non accidant casu: quod non sint signa irae: quod indignatio sit peccatum: quod Deus requirit obedientiam etc. sed etiam ad hoc oportet fidem et invocationem.

[14] Tenenda est igitur liber quod Deus nobis vitutus sit, et operi iatur, et pro suo sapientia adhibenda libertas: hoc libe invocandus est. Est enim et hinc illis afflictionum videlicet ut hinc peccata occasiones exerceantur: et in invocatione et libertate seu confirmatio testatur Deum adesse, et nos Deo curae esse etc.

Ita notitia Dei per hanc occasionem fit illustratio et crescit in nobis sicut docet insignis exemplum Manasse 2. Paralip. 33. Qui postquam afflictus est, dicitur Dominum et Deus exaudivit orationem eius et cognovit Manasse, quod Dominus Deus, est. Et Paralip. 33. Erigam te, et honorificabis me: id est, magis me agnosces, predicabis etc. [Psalm. 68, 33. Videant quare et tenentur, quia exaudivit quare Dominus etc. Exempla libertationis testatur Deum nobis adesse. Et est suavisimo contentio 2. Cor. 1. ubi Paulus iubet multos orare, ut rursus pro dato beneficio multum agant gratias Deo, videlicet in misericordia et notitia Dei fit illustratio.

Hic igitur duo nobis proponimus, praecipua et promissiones. Praecipua iubeant petere et exortare auxiliari: ut Ps. 121. Invoca me in die tribulationis etc. Et Psalm. 4, 8. Socrate scit-

Atque haec quatuor capita consolationis quantum vim habeant, usu discendum est. Nam scriptura non frustra tam diligenter has consolationes nobis inculcat, et vult nos ipsis uti, et testatur efficaces esse. Cumque hoc loco nobis proponimus, vera patientia praestari potest. Nam ea demum est vera patientia, non solum obedire in afflictionibus, sed etiam indignationem infirmæ naturæ vincere, aut certe repugnare].

[15] Porro quam pulchra virtus haec sit et quam necessaria, praesertim Christianis, diligenter considerare debemus. Quantum laudem mereatur humano iudicio aequabilitas animi in adversis rebus, docent non solum libri philosophorum, sed etiam publica bonorum virorum iudicia. Docet enim homines ipsa ratio, maxime convenire naturæ moderationem dolorum, et non frangi animis ad permoveri, ut vel contra iustitiam faciamus vel discedamus ab illa mediocritate, quæ decet in natura. Hinc sunt illæ fortium et magnorum virorum voces.

Quicquid erit superanda omnis fortuna ferendo est].

Et illud:

Fortiaque adversis opponite pectora rebus.

